



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

- legationis, ut Deci. in d. c. cum tu. supra.
- 2 Fallit etiam quando in constitutione diceretur dummodo, uel dumtaxat a papa. Ita tex. in cle. Grauis de sententia excom. & ibi Cardin. in ult. col. in ult. q. & uide g. in clem. i. in uers. tantummodo de cler. & grot. in 6. & multis aliis infinitis. quod not.
  - 3 Fallit etiam quando legatus ipse fuisset percussus, quod eo casu non poterit suum percussorem absolueret. Ita tex. in c. Felicis de Pen. in 6. Imol. & Antonius in c. excommunicatus de offi. legat. glo. not. 94. distinct. c. si quis auctor.
  - 4 Fallit etiam nisi illa talis esset excommunicatus a papa uiua uoce. Ita specul. tenet in tit. de leg. §. nunc dicitur. uers. ecclesia autem & c.
  - 5 Fallit itidem quando papa intellexisset illum tale esse a iure excommunicatum, & dixisset referuamus excommunicationem illius talis a nobis fore absoluendum. Ita Lappus & domi. in d. c. si abbatem. de elect. in 6. q. tu not.
  - 6 Fallit etiam nisi quis esset excommunicatus a iudice alicuius inferioris iudicis, quod postea esset a Papa confirmatum. Ita glo. not. in c. ex frequentibus de in iud. ibi Abb. & Io. Andreæ in ult. col.
  - 7 Fallit similiter quando esset excommunicatus a legato Papæ, quia eo tunc solus Papa potest illum absolueret mortuo delegato. Ita not. speculat. in tit. de delegat. nunc ostendendum. uers. 26. & d. Io. And. & Antonius de But. in c. prudentiam. §. 6. in col. 5. de offi. delegat.

#### REGULA LXXVI.

- 1 Legibus & non exemplis est iudicandum l. nemo C. sent. & interlocut. omn. iudic. & l. singuli. C. de accusa.
- 1 Fallit in tribus casibus annotatis per Soci. in reg. 280. quos considera. & obserua.
- 2 Fallit etiam in casibus obseruatis per Abb. Felin. & c. in c. 2. de præsump.
- 3 Fallit in casibus decisus per excellentissima consilia in his Venetiarum, ex quorum decisionibus pendet reipub.

authoritas, quæ iis temporibus amplissima est.

4 Fallit in exemplis sanctorum quæ post sacros canones sequenda sunt ut c. submittitur 21. distinct. & c. de quibus. 20. dist. & Luc. de Pen. in l. exemplo. C. de decur. l. x. nu. 2.

3. & 4. quæ si inhærent autoritate uet. uel noui testamenti illa præfertur, decisione papali. secundum glo. in c. de libellis 21. distinct.

5 Fallit in exemplis principum, quæ quando faciunt leges sunt sequenda. uide glo. in l. 2. in fin. uers. relegauit. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iuris.

6 Fallit etiam in exemplis superiorum, qui tenentur dare inferioribus bonum exemplum. 8. q. 5. c. qualis 12. q. 1. ubi: sicut etiam uita pastorum debet esse exemplum discipulis. ut 2. q. 7. c. pastoralis.

7 Fallit etiam in exemplis sanctorum, quæ tam in scriptis quàm in factis perspicaciter sunt obseruanda. ut 20. distinct. c. de quibus. & 23. q. 7. c. uides: huiusmodi enim exempla sunt fometa ad futuram gloriam: maxime quædo sunt munita autoritate noui uel ueteris testamenti, glo. in c. de libellis. uers. illorum. 20. distinct.

8 Fallit etiam in exemplis doctorum, & poetarum, uel aliorum peritorum qui in arte sua probant. Felin. in c. propositi. de probat. nu. 7. Saly. in l. comparationes de fide instr. donec de contraria & inconuincibili ratione liqueat. Et de rerum diuis. l. intantum. in fin. & ff. de statu hom. l. septimo mense. & ff. de solut. l. si pater meus.

9 Fallit similiter in exemplis diuinis, quæ obseruanda omnino sunt & non posterganda: & qui aliter faciunt. ruina & laqueum præparant animæ suæ, pro ut in die iudicii conspicient, quod tu subtilis cogita, quia auctoritas diuinæ scripturæ potest allegari tanquam lex. Ita Felin. in c. ex parte nu. 16. de rescript.

### REGULA LXXVII.

1 Lex est donum Dei, & primis nostris parentibus data est. Gen. in c. 2. ibi in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. postea data fuit Moyse in monte Si-

G nai,